Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26464
Copyright: Admont, Benediktinerstift



113

Hec accipe famule dei. quia nihil reperi inter
ris his amabilius. tantum ut sanetur filia mea
que nimio cruciatu uexatur. Cui subridens
beatus apostolus ait. Accipio quidem munera tua
nicolae. sed non hec uisibilia. Nam si pro filia
que preciosa in domo tua habebas offers.
quanto magis pro anima debes. Ego enim hoc
ate accipere cupio. ut homo inte[illegible]rior
ille agnoscat uerum deum factorem suum crea-
torem que omnium. qui terrena respuit & eter
na desiderat. qui caduca neglegit. sempiter
na diligit quia illa que uidentur contemplatio
ne spiritus intentiones aduertit. ut cum in
his exercitato sensu uigueris. uitam eternam
consequi merearis. & filiam hic sanitati reddi
tam etiam in illo eternitatis gaudio eius perfruaris.
Hec eo dicente persuasit omnibus ut relictis ido
lis deo uero crederent. Filiam quoque ipsius nicolai
sanauit ab infirmitate qua tenebatur. & omnes
magnificabant deum. percurrente per totam macedo
niam fama. de uirtutibus que faciebat super